

## NENIA MEZENTIANA

Nunc adeste, virgines  
Callidae,<sup>1</sup> canenti  
Ista saeva scelera  
Mihi, o Mezenti.

Iovis spreto Optimi  
Tennis omne templum,  
Dasque pio filio  
Impium exemplum.

Quicquid intractatum<sup>2</sup> est,  
Quicquid est inausum,<sup>2</sup>  
Audes; ergo pessimi  
Patris pudet Lausum.

Iungis<sup>3</sup> membra tabida  
Vivis mortuorum;  
Caedes fit miserrima,  
Taetra vis odorum.

Si in caelo rector est.  
Vmbra tu, Mezenti,  
Eris mox ludibrio  
Populo silenti.

Virtus tamen vitio  
Saepe commiscetur;  
Rhaebus<sup>4</sup> iste sonipes  
Maxime fovetur.

Qui caballos diligent –  
Licet sint tyranni –  
Negant esse funditus  
Improbos Britanni.

1. Lucret. 6,93; 2. *Aen.* 8,205-6; 3. *Aen.* 8,485-8; 4. *Aen.* 10,861

Herbert H. Huxley,  
University of Victoria.